

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1537

Autre(s) référence(s) : Fauroux 93 / Tabuteau 175

Auteur(s) : Jean, Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Hugues, fils du vicomte Hugues [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [...1035-1040...]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Jean abbé de Fécamp a, sur ses instances, cédé à Hugues, fils du vicomte Hugues, la jouissance viagère de la terre de Trungy, à condition de réserver à Fécamp la dîme de toutes les églises, ainsi qu'un hôte par église pour garder ces dîmes, dans l'alleu donné naguère, avec le consentement de Richard II, à Fécamp et à son abbé Guillaume [de Volpiano], par un certain Eude fils de Josfredus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°93, p. 244-245.

Dissertation critique

Cet acte se place entre l'avènement de Guillaume le Bâtard en 1035 et la date approximative de l'assassinat d'Osbern fils d'Herfast en 1040 environ (FAUROUX, p. 244).

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus hominibus Christo servientibus quod quidam nobilis homo nomine Odo, filius quandam Iosfredi, Deo soli vivo et vero trino et uno, totam hereditatem suam, quam communi voce alodium dicimus, contulit in perpetuam hereditatem et nullam personam, preter ipsum Deum, de omni sua terra heredem fecit in tota Northmannia. Hanc vero donationem monasterio Fiscanensi fecit, auctoritate et consensu beatæ memoriae Richardi secundi Northmannorum ducis, et laudatione fidelium suorum, in manus Willelmi sanctissimi abbatis. Nunc autem de ipso alodo, ego Johannes abbas, deprecatione, immo compulsione Willelmi Northmannorum comitis, apud Brionnam castrum, confero Hugoni filio Hugonis vicecomitis terram quæ Trungei dicitur, qui decimas nobis quietas faciat de omnibus ecclesiis quæ pertinent ad totam terram predicti Odonis, omnium hominum ibidem manentium cuiuscumque sint potestatis, et in unaquaque ecclesia unum plenum hospitem ad decimas custodiendas, tali scilicet tenore ut ipse predictus Hugo in sua vita teneat nec alteri tribuat et post mortem ejus ad prescriptum monasterium sine ulla calumnia sui heredis aut proheredis, vel alicujus hominis in proprium jus reveniat. Si quis vero hanc nostram descriptionem temerario ausu calumniari præsumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Juda traditore partem habeat et maledictus et excommunicatus, si non digna satisfactione emendaverit, perpetuo permaneat. Fiat. Fiat. Fiat. Amen.

Hujus namque descriptionis testes fuerunt : Willelmus comes Northmannorum, Willelmus filius boni Richardi, Hugo episcopus Abrincatensis, Negellus vicecomes, Osbernus senescalcus, Willelmus filius Willelmi, Jozelinus vicecomes, Godefredus vice comes, Hugo vicecomes, Ricardus filius Gulberti, Rogerius de Fiscanno, Radulfus Tesardus, Radulfus Taisun et frater ejus Arneis et alii multi.